



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

In rebus caducis consolationem minimè quærendam esse. 73.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

in terris ita fecisset? Ac rursū ali-  
quanto inferius: Videas, inquit,  
eam vbique singularem, vbique  
gementem audias, nec vnquā in  
viridi ramo confidentem prospici-  
es: vt tu ab ea discas voluptatū  
virentia velut virulēta vitare.

In rebus caducis consolationem  
minimè quærendam esse.

7 3.

*T*edia quem mundi teneant, reperire quietem

*Si velit, in solo numine quarat eam.*

*Vera quies cælo fixa est, ac fallitur, illi*

*Sedibus in nostris qui putat esse locum.*

*Qui mundi curas mundi medicamine curat,*

*Hunc album ethiopem reddere velle reor.*

*Namque novas sordes trahit hic, qui tedia mentis*

*Vt pellat, mundi gaudia vana cupit.*

SCHOLIUM.

*Tedia quem mundi) Ambrosius in- Lib. 3. de*

*ter multa optima præcepta, quæ Virg.*

*dat virginibus, hoc etiam illis*

*porrigit, nempe vt antequam*

*se somno dent, terrenas om-*

## S A C R A

nes cogitationes à se abigant  
quò liberius precibus ac sanctis  
meditationib<sup>9</sup> operã dare queat.  
Denique etiam, inquit, ille qui  
philosophiæ ipsius nomen inue-  
nit, quotidie, priusquam cubi-  
ret, tibicinem iubebat molliori  
canere, vt anxia curis seculari-  
corda mulceret. Sed ille, sicut  
qui laterem lauat, secularia se-  
cularibus cupiebat abolere. Magis  
enim se oblinebat luto, qui  
medium à voluptate quarebat.  
His nimirum verbis ostendit  
grauissimus nullam veram quietem  
ex falsis vitæ voluptatibus  
ab homine percipi posse. Id quod  
etiam optimis quibusque vitæ  
vfu venit, qui sæpe in iis rebus  
gravius vexari se sentiunt, à quibus  
solutium sibi pollicebatur.  
Quemadmodum à Diogeni  
Gregorio annotatum est. Ex

*Lib. 23.  
Moral.  
in Iob.*

nens enim hæc Psalmistæ verba,  
 Verfasti lectum eius in infirmi-  
 tate eius, Hoc est, inquit, omne  
 quod hîc sibi paravit ad requiẽ,  
 ei mutaſti occulto iudicio ad per-  
 turbationem. Quod quidem pio  
 Dei consilio agi ait, vt ne pro ve-  
 ra nostra patria viam ac peregri-  
 nationem amemus.

*Namque novas sordes*) Qui cùm  
 huius mundi curarum ac solici-  
 tudinum amplexu perturbatio-  
 nibus animi dominari nititur,  
 inquit Marcus Eremita, huic si-  
 milis est, qui ingentem rogam  
 pa' ea extinguere conatur. Et Au-  
 gustinus epist. quadam, in terre-  
 nis consolationibus plus desola-  
 tionis, quàm cõsolationis inueni-  
 ti ait. Ac rursus exponẽs illud Iob  
 cap. 24. Cũ infirmari cœperit non  
 speret sanitatem, Tales enim,

*Lib. de  
 leg. spi-  
 rit. vers.*

*110.  
 Epi. 121.*

*In An-  
 not. in  
 Iob.*

inquit, impi<sup>9</sup> consolationes querit in rebus aduersis, quibus infirmior fiat. AC rursus alio loco

*tract. in psal. 85.* Quocunque cor se conuertit in terrenis rebus, amaritudinem inuenit. Vnde dulcescat non habet, nisi se leuet ad Deum. Atque hinc in mentem mihi subit, quod scribit Orosius ad depellendam pestilentiam olim Romanos pontifices suasisse, vt ludi scenici de expetentibus ederentur. Ita, inquit, pro depellenda temporaria peste, corporum accersitus est perpetuus morbus animarum.

*Lib. 3.  
cap. 4.*

De pugna ea, quæ est inter spiritum & carnem.

74.

*C*um trahit infirmus plaustrum bos iunctus obsequi  
*Rumpitur, aut varia cogitur ire via.*  
*Quam miser est animi nexus carnisque rebellis!*  
*Ille lenis, grauis hæc, atque subinde ruens.*  
*Vt Zephirus, sic me mea mens ad littora ducit:*